

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata.  
Ioann. Agri. Isleb. Avtore**

**Terentius Afer, Publius**

**Berlin, 1544**

Actvs qvinti scena qvarta

[urn:nbn:de:bsz:31-129051](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129051)

ANDRIA.

ACTVS QVINTI SCE.  
NA QVARTA.

Trochaici Tetrametri, & Iambici  
Quadrati, admixto vno Dis  
metro.

CRITO. hospes. CHREMES,  
SIMO senes. PAMPHILVS  
adolescens.

Mitte orare. vna harum quaruus causa  
me, vt faciam, monet.

Vel tu, vel quod verum est, vel quod  
ipsi cupio Glycerio.

CH. Andrium ego Critonem video?  
& certe is est. saluos sis Crito.

Quid tu Athenas insolens? Crito. eue-  
nit. sed hiccine est Simo?

CH. Hic est. Si. men queris? cho, tu  
Glycerium hinc ciuem esse ais?

Crito. Tu negas? Si. itane huc paratus  
aduenis? Cri. qua dere? Si. rogas?

Tu ne impune hoc facias? tu ne hanc,  
homines adolescentulos.

Imperitos rerum, eductos libere, in  
fraudem illicis? Solici

TERENTII.

Sollicitando & pollicitando eorum  
animos lactas? Cri. sanus ne es?

Si. Ac meretricios amores nuptijs cono-  
glutinas?

Pam. Perij. metuo, vt substat hospes.

Ch. si Siso hunc noris satis,

Non ita arbitrere. bonus hic est vir. S.  
hic vir sic bonus?

Itane attemperate venit hodie in ipsa  
nuptijs,

Vt veniret ante hac nunquam? est ve a  
ro huc credendum Chreme? <sup>scio</sup>

Pam. Ni metuam patrem, habeo pro-  
sila re illum quod moneam probe

Si. Sycophanta. Cri. hem. Ch. sic Cri. <sup>si sic pharisean</sup>  
to est hic. mitte. Cri. videar, qui fiet. <sup>quod sit calum</sup>

Si mihi pergit, quæ volt, dicere. ea  
quæ non volt, audiet.

Ego isthæc moueo, aut curo? non tu  
tuum æquo animo feres malum? <sup>an amantij</sup>

Nam ego quæ dixi, vera, an falsa au-  
dieris. iam sciri potest.

Atricus quidam olim, <sup>scila</sup> <sup>magala</sup> nauis fracta,  
apud Andrum eiectus est,

m

Et

## ANDRIA.

Et isthac <sup>simil</sup> vna parua virgo. tum ille  
egens, forte adplicat.

Primum ad Chrysidis Patrem se. Si  
fabulam inceptat. CH. sine.

CRI. Itane vero obturbat? CH. perge  
CRI. tum is mihi cognatus fuit,

Qui recepit. ibi ego audiui ex illo, sese  
esse Atticum a <sup>uison</sup>

Is ibi mortuus est. CH. eius nomen <sup>dic</sup>  
CRI. nomen tam cito tibi

Phania. CH. hem, perij CRI. Verum  
hercle opinor fuisse Phaniam.

Hoc certo scio, Rannulum se aiebat  
esse. CH. o Iupiter.

CRI. Eadem hac Chreme multi alij in  
Andro tum audiuerunt CH. vtrū id sit,

Quod spero. cho dic mihi, quid eam  
rum suam ne esse aiebat? CRI. non.

CH. Cuiam igitur? CRI. fratris filiam  
Dimeter.

CH. Certe mea est. CRI. quid ais? Si  
quid tu ais? Pam. arrige aureis Pam  
phile.

Si. Qui credis? CH. Phania ille, frater  
meus fuit Si. noram & scio.

CH.

## TERENTII.

CH. Is hinc bellum fugiens, meq; in  
Asiam persequens, proficiscitur.  
Tum illam hanc relinquere est veritus:  
post illa nunc primum audio,  
Quid illo sit factū. Pam. vix sum apud  
me, ita animus cōmorus est metu,  
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam  
repentino bono.

Si. Næ istam multis tuam inueniri gau-  
deo. Pam. credo pater.

CH. At mihi vnus scrupulus etiã restat,  
qui me male habet. Pam. dignus es.  
Cum tua religione, odium, nodum in  
scirpo quæris. CR. quid isthuc est?

CH. Nomē nō conuenit. CR. fuit heres  
de huic aliud paræ. CH. quod Crito?

Nunquid meministi? Cri. id quæro  
Pam. ego ne huius memoriã patiar meæ.

Voluptati obstare? quom ego possim  
in hac te medicari mihi.

Non patiar. heus Chreme, quod quæris  
Pafibula est, Cri. ipsa est. CH. ea est  
Pam. Ex ipsa millies audiui. Si. omneis  
nos gaudere hoc Chreme,

*propter.* m ij

Te

# ANDRIA

Te credo credere. Ch. ita me dii ament  
credo. Pam. quid restat pater?

Si. Iamdudum res <sup>de q. an. amicitiam. Ciceron.</sup> reduxit me ipsa in  
gratiam. Pam. o lepidum patrem.

De vxore ita vt possedi, nihil mutat  
Chremes. Ch. causa optima est.

*sua sen.  
sententia*

Nisi quid pater aliud sit. Pa. nempe.  
Si. id scilicet. Ch. dos Pampihile est.

Decem talenta. Pam. accipio. Ch.  
propero ad filiam. Cho mecum Crito.

Nam illam me haud credo nosse. Si.  
cur non illam huc <sup>ad</sup> transferri iubes?

Pa. Recte admones. Dauo isthuc de  
dam iam negoci. Si. non potest.

*labo-*

Pa. Qui? Si. quia habet aliud magis  
ex sese & maius. Pam. quidnam? Si.  
vincus est.

*ex no. cetero*

Pa. Pater, non recte vincus est. Si.  
haud ita iussi. Pam. iube. Solui obsecro.  
Si. Age, fiat. Pam. at <sup>secundo</sup> matura. Si. co  
intro. Pam. o faustum & felicem hunc  
diem.

*in quo Cicerio  
filice Chremes  
est agnita*

## ACTVS